



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 6. Iustissima ratione pollut Inquisitores & auctoritate & potestate ad puniendum hæreticos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

§ 6. Infirmisima ratione pollent Inquisitores & auctoritate & potestate, ad puniendum hereticos.

14  
2. E. d. r.

Omnes tenentes gladios. Non sunt hi vigilantes inermes, sed armis affatum instructi, gladio accinxerunt illos sedes Apollolica, spirituali scilicet auctoritate degradandi, excommunicandi &c. Ipsi Reges ac Principes suum in temporalibus tribuunt auxilium, qui gladijs armantur ac cunctis quibus se cum opponant hereticis, tum eos severius puniant. Illos operant heretici nudos armis: hanc quoque nostri temporis heretici sententiam protulerunt, ut nulla sit illis potestas captivandi, ligandi, puniendique hereticos, iuxta criminum suorum ac rebellionis gravitatem. At hoc nequissimum est. Omnes tenentes gladios. Quid, quales, rerum ageret Ecclesia, si tales non essent custodes accincti gladijs, potentes auctoritate, quibus modo conspiciamus eos obarmari?

Ps. 105  
23.

Quam sunt illa preclara Davidis verba, dum de Moyle loquitur: Si non Moyses electus eius stetit in conspectu Domini. Legunt alij: In ruptura muri. Si non se Moyses gladio preclatus opposuisset, nisi quid actum erat de populo Dei, de fide, de Religione? Meminit hic David votivum illius adorationis vituli, dum enim Moyses in montis cacumine cum Deo familiariter conversatur, populus in monte consualle constat vitulum, solum ut Deum proclamaret, adoraretque idololatram: ut clarius dicam, defecit a fide & hoc dicit David: Ruptura muri. Fides ut diximus, murus est Ecclesie, qui nos omnes intra illam vitos comprehendit: ruptus est murus: quia a fide defecerunt, & cum multi per hanc aperturam paulatim egredierentur lapsi in idololatram, quid agit Moyses? Sicut Dux strenuus, dum muri fragmen decidit, illico rupturam se opponit, ne turmatim hostis ingrediatur &c. Ita quoque Moyses in ruptura fidei stetit: Stetit. Vix fide hoc enim significat: Stetit. in fide, quam illi diruperunt. Firmus se opposuit In fide stas, inquit

Exod.  
32. 26.

Apollolos: hac armatus hie, stetit Moyses, & quomodo gladio: gladium enim eduxit ostenditque evaginatum, vociferatur: Si quis est Domini, iungatur mihi. Concurrunt autem omnes de tribu Levi, & tanta strage debaccabantur, ut viginti tria millia idololatrarum gladio cadente corruerunt, quo vituli repressa est adoratio, ac idololatram colubini, qui verò discedebant, & per

rupturam muri fidei deficiebant, pedem retraxerunt, & hoc, alijsque supplicis incepta defecit idololatram, laminamque reparatur. Si Moyses continuo non occurrisset nec evaginato gladio stetit in ruptura muri, quid actum fuisset? O fortes Israel, Inquisitores Apollolici, iure merito vos Spiritus & gladio statuit armatos, ut apertura muri festini succurratis: hoc vestri est munus: Stare in ruptura muri. Pugnat hereticus fidei murum diffingit, & per hanc egreditur de Ecclesia, sicut pisces reu conclusi, quo discusso, per aperturam effluunt, quid consilij, quid remediij? Continuo aduolant Domini zelosi, velut Moyses, adstant parati, unde quoque, quatuorversum, ex proposito, data opera, gladio precursu suppliciorum, & si hoc minime agerent, none actum esset de Ecclesia?

Nomen perdit fuisset Italia & Francia, quando prodierunt in arenam Albigenes maledicti, ceatum alijs socijs hereticis, nisi Pontifices obstinissent Innocentius tertius, & Honorius tertius eius successor? Inquisitores gladio precursu, qui rebelles punierunt aliosque, ne foras egredierentur represserunt? Quis status fuisset Carmona & Radux tempore Gregorij decimi, & Honorarij quarti, quando progressus Geraldus, Sugarellus, Paternianus, alijsque sine numero heretici mundum contra Christum, eiusque sanctissimam Matrem commovebant: de quorum erroribus agit Turrecemata, nisi fortes Inquisitores Paternenses gladio potestatis, castigandi, comburentis que precursu terribiles, sese opposuissent? Illo namque totam hanc colluuiem oppresserunt. Quis precor, status fuisset Navarra, dum Hulecius hereticus surrexit ac armatorum tria millia contra Ecclesiam in campum protulit, nisi ex precepto Clementis quoniam in ruptura muri fortes infide stetit Longobardix Domini Inquisitores, gladio Crucifecorum & familiarium armati: de quibus agit in Invidorio Inquisitorum. Numquid magna fuisset pars Italia corrupta, quando Petrus de Apona prestigior, illam suis prestigijs falcumnerat anno 1330. nisi eum debellarent Inquisitores? quem iam mortuum, & ob omnibus pro sancto cultum, effoderunt, eiusque ossa eruerunt, ac concremarunt, aliosque similiter hereticos? Ne verò per petoginas euagemur nationes, adhuc tinnunt aures nostras, & echo audimus eorum que gesta sunt per, Cazallam aliosque Lutheranos. Numquid infecta luxisset hispana, quando in eam hereses venenum ita clanculum irrepserat, serpserratque longius, ut vix illud



illud quisquam adue teret, nisi se iuncti gladio  
 potestatis armati opposuissent. Inquisitores illos-  
 que notissimos ac celeberrimos actus fidei pa-  
 trassent ex illis quosdam tradentes ignibus &  
 alijs plectentes parentijs? His quoque die-  
 bus, quibus vivebamus quando illuminari Lie-  
 tenentes tantum subterterunt populum nisi ze-  
 losi illi Moyses occurrissent: In *viuipura* muris, tra-  
 gem inter eos edentes, qui de gremio disce-  
 debant Ecclesie a hisque seducebant. Quam se-  
 data, quitaque modo gaudet Hispania. Sit bene-  
 dictus Deus; quam omnibus erroribus expurga-  
 ta? qui vctos sic nos tutos conseruit ant inter timo-  
 res illos nocturnos, quos secum oblecta trahit  
 vitz moralitas, nisi fortes illi, qui custodiunt,  
 & ambulant Ecclesiam? *Sextaginta fortes custo-  
 diunt, &c. Propter timores nocturnos.*

§. 7. Merito tradit ignibus S. Tribunal Inquisi-  
 tionis hereticos, alijsque plectit generibus  
 suppliciorum.

**V**eram vt ad pristinam Ezechielis reuera-  
 mur visionem, proprium S. Tribunalis  
 Inquisitionis symbolum, is se vidisse  
 narrat, quod animalia, que cursum vehebant pe-  
 des haberent rectos. *Pedes eorum pedes recti*, quod  
 modus significatur. S. Officij procedendi rectus,  
 non deflectit per passionem, nec amore ducitur,  
 nec timore, non illud emolunt preces, non mi-  
 ra pertentent, nec quidquam iustitie virgam  
 incuruat. Adde deinde: *Planta pedis eorum quasi  
 flamma pedes visuli*, quod D. Hieronymus interpre-  
 tatur, mature procedere, non leuiter, graui iudi-  
 cio, sicut boues. Hoc modo S. Officium pro-  
 cedit, mature scilicet, causas non precipitando,  
 nec a communi & recto cursu deducendo. No-  
 tat autem in medio cursum ac animalium ignem  
 conflagrasse: *Splendor ignis, & de igne fulgur a-  
 gradens*. Ignis hic cor indicat cursum Inquisi-  
 tionis, zelum, Deique gloriam, insitit Elie con-  
 tra falsiloquos prophetas, hoc quippe clamant,  
 hoc in ore habent, hoc intellunt: *Exurge Dom-  
 ne indica causam tuam*. Hinc fulgura, hinc  
 flammarum globi atolluntur. Quid namque  
 sententijs a S. Tribunali prolatis inflicisque ter-  
 ribilibus? Nos Inquisitores Apostolici contra her-  
 eticam prauitatem & Apostasiam &c. *Christi  
 nomine inuocato* &c. Quando alterum aduenit per  
 S. Officium captiuum, quo terrore percellunt,  
 quo tremore concutiunt auditores, exurgunt  
 flammæ hereticorum supplicium, proprium ip-

forum supplicium, ignis est. Huius supplicij  
 pures a Doctores traduntur rationes.

Huc adferti potest illud D. Augustini, qui  
 censerebat primum cum illis mitius agendum, mi-  
 sericordia, clementia, ac benignitate eos emo-  
 liendos, quatenus illos non suppliciorum con-  
 uerteret timor, sed amor alliceret misericordie:  
 Postmodum vero iudicant ex necessitate requi-  
 ri supplicium. Ita disputat hoc vnum Imperato-  
 ribus ac Regibus incumbere, leges ad casti-  
 gandos hereticos promulgare. At quod suppli-  
 cium? patibulo suspendere? iugulare? praefocare?  
 nullum horum, sed igne comburere. Primo: quod  
 ostendatur heresim infectionem esse: vestis eius  
 qui peste, vel cancro laborat, luemque contraxit,  
 infecta permanet, comburatur igitur. Heresim in-  
 feccio est: *Sicut cancer serpit*, aradatur igni, Hie-  
 rico comburatur, nihil superest residui. Hære-  
 sis vt luna mutabilis, hoc Heresico significat;  
 nec eorum libri, nec dogmata, nec nomina, nec  
 persone remaneant, omnia tollantur, omnia  
 auferantur, comburantur omnia. Solus e-  
 nim ignis infectos peste, cancroque curat la-  
 borantes.

Secundo: vt pena peccato respondeat, heresim  
 ignis est. D. Chrysostomus ostendit, insignem a Deo ser-  
 uatam fuisse inter peccatum paenamque propor-  
 tionem. Pharao deliquit, criminis reus acculatur,  
 quod Hebraeorum recens editos infantes, fumo  
 demerferit; in huius igitur criminis congruum  
 supplicium, decreuit Deus, vt maris fluctibus  
 demersus interiret. Culpa Israelitarum, dum de-  
 serra, ductore Moyse perambulant, lingua sunt  
 detractoria, ac murmuratoria: Murmuratores igitur  
 serpentum lingua confodiat, ac vtram ad-  
 mat, in tanta culpe supplicium. David adulter,  
 qui vtraque pet neias abtulit uxorem, in huius do-  
 lecti pernam, permittente Deo, Davidi concu-  
 binas eripit Abialom, & toto spectante populo,  
 ferro commaculat adulterio. Peccatum hereti-  
 corum ignis est: consumens. *Eradicans omnia*.  
 Omnibus efficacior est ignis, qui consumit &  
 fortius eradicat omnia. Hæc heresim est: sit igitur  
 supplicium efficacissimum, quod huic corres-  
 pondet, quod funditus ac radicitus heresim ex-  
 terpet, hoc ignis est.

Hic optime quadrat illud Samsonis strage-  
 ma. Vulpes, que messem omnem destruxerunt, &  
 radicitus concremarunt, interpretantur SS. Pa-  
 tres, hereticos. Primo: quia cladem hanc in-  
 ferebant messi, capitibus sibi contrarijs ac oppo-  
 sitis, attamen caudis simul colligata. Tales des-  
 cribuntur heretici, quibusque suo sensu abundat  
 tuisque,

Epist  
 100. ad  
 Boni-  
 facium  
 comit.  
 1. Ra-  
 tio.  
 2. Wis-  
 sal. 2.  
 17.  
 2. Ra-  
 tio.  
 Hom-  
 de So-  
 domi-  
 tu.  
 Job 312.  
 12.  
 III.  
 Hæ-  
 retici  
 vulpi-  
 bus  
 Sam-  
 sonis  
 assi-  
 mata-  
 tur.